UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Qui numero liberorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

De excuſationibus veteranorum. Rub. LXV.

LEX I.

Qui cauſaria. Veterani excuſantur a tutela, niſi filioꝝ commilitonum, ſeu conueteranoꝝ. h.d.

Qui numero liberorum, ſe excuſant. Rub. LXVI.

LEX I.

Qui ad tutelam. Numerus liberoꝝ ſecundum diuerſitatē locoꝝ a tutela excuſat, ⁊ filii defuncti non computantur in numero, h.d.

Qui ætate ſe excuſant. Rub. LXVIII.

LEX VNICA.

Pater. Etas ſeptuaginta annoꝝ excuſat a tutela hoc dicit.

Qui numero tutelarum. Rub. LXIX.

LEX VNICA.

Si tres. Tria onera tutelarum non affectata preſtant excuſationem ab his, ⁊ in his, que ſunt diuerſi generis, ⁊ que non pꝛoſunt ſingula, multa iuuant. h.d. ¶ †No. hunc tex. ⁊ ſigna tibi ibi. ſed imperfecte ⁊ c. qui facit ad multa maxime ſi habeo teſtem vnum ⁊ famam, quod non ſit plena pꝛobatio, ⁊ ſimilia. Dicam tibi foꝛte in l. in bonefidei. §. de iureiu. ⁊ ff. eo. l. admonendi. dante Deo.

De curatore furioſi [a] vel prodigi. Rub. LXX.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ De curatoꝛe furioſi. In datione curatoꝛis furioſi, quoꝝ citatio requiratur, ⁊ an poſſit dari ſine requiſitione, vide Ale. conſi. lxxxvi. in ii. vo. Fulg. conſi. lxxx.

LEX I. [a]

Curatores. Cauſa accidentalis inſpicitur, demuꝫ cauſa naturali finita. h.d.

LEX II.

Orationis. [a]Quod conſtitutum eſt in pꝛohibendis alienationibus rerum minoꝝ, extenditur ad res furioſoꝝ. h.d. ¶ Not. hanc l. [b]quod leges loquentes de minoꝛibus, ⁊ eoꝝ fauoꝛe extenduntur ad furioſos, ⁊ mente captos. h.d.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Orationis. Sed in ſurdo, ⁊ mente capto, vtrum ſemper egeant curatoꝛe, vide Bar. in l. cui coꝝ. §. fi. ff. de poſtu. ⁊ ibi dixi quid in mente capto ⁊ furioſo, ex oppoſito ex hac l. limita glo. no. quod pꝛiuilegia competentia pupillo, extenduntur ad furioſuꝫ ⁊ pꝛodigum, cui bonis eſt interdictū, ⁊ alibi non reperitur. Simile in pꝛiuilegiis, tamen poteſt induci pꝛo ſimili id quod not. in l. marcellus. de fide. ⁊ in l. interdum. in fi. gl. magne, de condi. inde. ⁊ ita dicit Bal. in c. ii. de beneficio fratris. ⁊ iſtam g. etiam ſequitur Bal. in l. iubemus. in ii. q. de ſac. eccl. ⁊ ideo per hanc gl. dicit Bal. in l. fi. circa pꝛin. §. in quib. cau. in integ. reſt. quod beneficium illius l. videlicet, quod in minoꝛibus non currit pꝛeſcriptio, extenditur ad furioſos ⁊ pꝛodigos. ⁊ hoc expꝛeſſe tenet gl. ⁊ Bal. hic ⁊ adde Bal. in l. ii. §. ſi a pupill. in fi. ⁊ ibi eſt tex. ff. pꝛo emp. ⁊ Bal. in l. infantis. in iiii. q. qui admi. ⁊ ibi dixi, quod reſtituitur i. inte ſicut minoꝛ, de quo p Bal. in l. marcellus, ⁊ adde hic. l. qui neque. ⁊ ibi Bar. de reb. e. vbi etiam de pꝛodigo pꝛobatur, ⁊ idem tenet Bar. ⁊ Imo. ibi in pꝛinc. vbi dicit hanc gl. ſing.

b POMA. ¶ No. hanc l. Vide Barb. conſi. xlii. vol. i. ⁊ Anch. v. vbi per no. hic dicit, quod ſicut pupillis, ⁊ minoꝛibus, non currit pꝛeſcriptio durante pupillari etate ⁊ minoꝛi, ita etiaꝫ non currit furioſis durante furoꝛe.

LEX III.

Si pater. Filii poſſunt petere patribus mēte captis curatoꝛem, qui habebit legitimam adminiſtrationem, hoc intendit in ſumma.

LEX IIII.

Cum repudiante. Mater filie furioſe cōcedere curatoꝛem nō poteſt. h.d.

LEX V.

Ex lucrum. Emancipatus poteſt eſſe curatoꝛ legitimus fratris ſui. h.d.

LEX VI.

Cum aliis. Hec eſt bōa lex, ⁊ bonus caſus. Curatoꝛ furioſi ceſſat ab adminiſtratione tempoꝛe dilucidi interualli, ⁊ eam reaſſumit reuertente furoꝛe. h.d. Tene menti hanc l. nota. ad multa.

LEX VII.

a **Cum furioſus.** [a]Pater eſt legitimus adminiſtratoꝛ filii furioſi, h.d.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Cum furioſus. Filio ergo famil. non datur curatoꝛ, qd intellige quando datur perſone. ſed vbi daretur rebus, vel ad certum actum, tunc bene poteſt conſtitui. ita dicit gl. in ver. hereditati. in l. fi. §. ſinautem. ii. i. de bo. que liber. de qua Alex. conſi. lix. vo. ii. P. PAV. P. ¶ Cum furioſus, circa regulam huius leg. quod nullus amoꝛ vincit paternum, vide Alex. conſi. ccccxli.

§. Si autem parentes. Pater poteſt furioſum inſtituere ⁊ ei exemplarie ſubſtituere, ⁊ furioſo filio ſuo queritur paterna hereditas, non extraneoꝝ, ſed debet per curatoꝛem peti bo. poſſ. h.d. vide gl. ſuper verbo, antiqua. ¶ No. quod per bo. poſ. contratab. per ſolam agnitionem irritatur teſtamentum, ſicut per ſolam agnitionem habetur bo. poſ. non tamen requiritur ſolennitas pꝛopꝛia, ⁊ debita in querela. dixi tibi i. quoꝝ bo. l. i.

1 ☞ Si eſt datus curatoꝛ furioſo, ſine pꝛeſentia epiſcopi valet datio.

§. Sed cum antiquitas. Curatoꝛ furioſi teſtamentarius, non debet ſatiſdare, ſed debet ſolenniter iurare, ⁊ inuentarium conficere. Curatoꝛ vero legitimus, vel datiuus tenetur ſatiſdare, ſi nō eſt idoneus facultatibus. Item datiuus eſt dandus foꝛma tradita

1 hac l. h.d. † Iam cōſului, *datus fuit curatoꝛ furioſo ſine pꝛeſentia

* epiſcopi ⁊ pꝛimatū, an valeat. Breuiter determinaui quod valeat, vt inſt. de cu. §. furioſi. vbi ſoli pꝛeſidi permittit. ⁊ liber. inſtit. fuit fa-

2 ctus poſt codicem, vt patet in pꝛoe. inſtit. † Et ſi dicis mihi, hec lex, ⁊ l. de creationibus. §. de epiſ. au. fuit in illis quinquaginta deciſio. que fuerunt addite huic libꝛo poſt compilationem inſti. de quib. fit mentio. §. de emen. Inſti. co. nego tibi iſtam, pꝛobes ſi potes, ſi non pꝛobabis, ſuccumbes, arg. eius quod no. in l. eum actum in fi. ff. de

3 neg. geſt. † Preterea conſuetudo illas leges non appꝛobauit in hoc quod hic dicitur de pꝛeſentia epiſcopi, ⁊ pꝛimatum, ergo ⁊c. vt extra de treu. ⁊ pace. c. ii.

ADDITIO.

* ALEX. ¶ Iam conſului. Vide quod no. Bar. in l. cui coꝛam in fi. ff. de poſtu. ⁊ conſi. cuius meminit hic Bar. eſt conſi. cxliii. incip. Iudex communis Aſſiſii.

§. Tali itaque. Hereditas furioſo delata poteſt per curatoꝛem agnoſci, vt ſi furioſus ad ſanam menteꝫ peruenerit, poſſit ſibi eam retinere ſiue reſpuere. Et ſi in furoꝛe deceſſerit, ad heredes furioſi non tranſit, ſed legata, ⁊ ſi deic. ſine dubio acquiruntur, ⁊ tranſmittuntur.

§. Si autem. Curatoꝛe defuncto, alius eſt creādus foꝛma ⁊ oꝛdine antedictis.

De predijs & alijs rebus minor. ſine decreto non alienan. Rub. LXXI.

LEX I.

a **Venditio.** [a]Pꝛohibitio alienationis rerum minoꝛum non extenditur ad alienationem neceſſariam. h.d.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Venditio. No. perpetuo, quod in rebus que non poſſunt ſine decreto alienari, non ſufficit habere licentiam a iudice, niſi iudex declaret cauſam quare alienet. gl. eſt no. in l. ii. i. ti. i. videt pꝛobari in l. lex. que tutoꝛes. ibi pꝛobationum cauſe. §. eo. de admi. tu. ⁊ i. eo. l. mirum. ⁊ vide Bal. in l. fi. i. eo.

LEX II.

Non eſt vobis Quod ipſo iure non tenet, nō poteſt reſcindi per reſtitutionem. Secus ſi tenet, ⁊ pupillus decipiatur. h.d.

LEX III.

Cum emancipatis. Etiam pater curatoꝛ, non poteſt bona filioꝝ alienare ſine decreto.

LEX IIII.

Non ſolum. Nullo tit. poſſunt immobilia minoꝛis alienari ſine decreto, ⁊ minoꝛ reuocans, debet reddere quod accepit.

LEX V.

Et ſi pꝛeſes. Decretum interpoſitum ex falſa cauſa, nullius eſt momenti.